



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae

In Qvinqve Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

Wion, Arnold

Venetiis, 1595

De primo Stellato S. Romualdo, Monachorum Ordinis Camaldulensis fundatore. cap. XVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38372

Interca verò dum hi fortissimi, atque clarissimi uiri, vitæ suæ periculo, periculum à Christiana Republica depellere, barbaris quæ, ac hæreticis in eam irruentibus iter corporibus suis occludere, atque illorum temeritatem consilio, furorem fortitudine, audaciam virtute superare cominus enituntur: Ecce ij, qui à præclarissimo stirpis Benedictinæ germine, Sanctissimo uidelicet Patre Benedicto, generatione Spirituali ad arma Spiritualia tractanda sunt procreati, diuersorum, scilicet Ordinum, sub S. P. Regula militantium fundatores, ieiuniis, & vigiliis se affligentes, cum iisdem hostibus supradictis confligunt, atque eminus in eos lachrymarum, & precationum iacula mittunt; suisque votis, & obsecrationibus hostilium gladium acumen, telorumque cuspidem retundere, tribulium uerò, atque aliorum propugnatorum suorum dexteris confirmare student, quibus sic ad Ecclesiæ defensionem occupatis, & intentis, hi

Exo. 17.

Una manu faciebant opus 2. E. sdræ 4.
quemadmodum & Iosue pugnante cum Amalechitis, Moysen pro populo supplices manus ad cælum tetendisse legimus. Conspiciuntur autem ad dexteram S. P. N. Benedicti isti fortissimi Christi athletæ, & Ecclesiæ Sacrosanctæ defensores, Regulam de eiusdem Patris manu sumentes, Monastico habitu induti, & stella lucidissima in fronte ornati.

*De primo Stellato S. Romualdo, Monachorum, Ordinis
Camaldulensis fundatore. Cap. XVIII.*



¶ *V* primus S. P. N. Benedicti dexteram Abbatis habitu, micantem stellam in fronte gerentis, ambire videtur, is est S. Romualdus Abbas, Camaldulensium Monachorum institutor. Hic cum Rauiennæ, ex nobili Ducum familia, Patre Sergio ortus, & studiis liberalibus legitime imbutus fuisset, primum sæculo relicto, Classis, haud procul à Rauenna habitum S. P. Benedicti suscepit, ac tertio post anno Eremum adiens, uitamque in secessu solitariam ducens, S. P. Benedicti ritus, laxos nimium, pro virili corrigere studuit, quo in uitæ genere, ita profecit, ut antequàm de mutatione habitus cogitaret cœnobium centum, tam in Hetruria, Piceno, Flaminia, quàm in Venetiâ, & Histria, sub nigro habitu, quem gerebat, & norma eiusdem S. P. Benedicti construxerit.

Cumque

Cumque sanctitatis eius fama ubique crebresceret. (tam facili enim ductu, & sermone hominum mentes & studia ad Diuinorum cultum trahebat, vt totum Orbem, nisi modum etiam in re optima sibi statuisset, ad Religionem perducere potuerit) in agro Aretino con-
 sedit anno 1008. ac cuiusdam Casam Maldi in Eremito incoluit; qui vt fatebatur, per quietem visus est sibi cernere scalas in celum surre-
 ctas, in quibus innumeri mortales candido amictu celum scandere-
 rent; qua imagine, non minus quam Diuino quodam oraculo motus Romualdus, locum ab hospite & petijt, & impetrauit, an. 1009.
 oratorium condidit: candidam cucullam, ijs, qui iniciandi essent, in
 argumentum nocturnae illius imaginis, ferendam dedit (quum an-
 tea monachi nigro amicirentur colore) insuper & Camaldulensium
 nomen vocabulo ab hospitis Maldi casa, sumpto, eos ferre praecipit,
 anno Domini 1012. Quibus peractis, anno vitae suae 120. quorum,
 20. in saeculo, tres in Classensi cenobio, reliquos in Eremito consum-
 pserat, Christi 1027. in Monasterio Vallis de Castro Marchiae Anco-
 nitanae. 13. cal. Julij diem obiit, inter sanctos relatus; cuius sacri corpo-
 ris reliquiae Fabriani in templo S. Blasij digno honore recunduntur.
 Hic cum doctrinae laude non mediocriter excelleret ingenij sui cla-
 ra monumenta reliquit, videlicet.

Expositionem ferè diuinam in omnes psalmos Dauidicos: cuius
 pars a Psalmo Primo ad Nonagesimum, apud Patres Eremita Ca-
 maldulensium, pro reliquiario asseruatur, reliquam temporis ini-
 quitas absumpsit.

Expositionem item in nonnulla Prophetarum Cantica, quae at-
 extet nescio.

Priores perpetui Sacrae Eremita tantum. Cap. XIX.



PE T R U S Petrus Dagninus; Primus Eremita Prior per-
 petuus, a S. P. Romualdo constitutus Anno Christi
 1016. praefuit annis 33. Obijt anno 1051. die 4. No-
 uas Noutembris.

Albizus, Prior Secundus creatus. A. C. 1051. praefuit an. 11. Obijt anno 1062.

Rusticus Prior III. creatus A. C. 1062. praefuit ann. 20. Obijt an-
 no 1082.

Sanctus Rodulphus Prior IIII. creatus A. C. 1082. praefuit an. 23.
 Obijt anno 1106. quarto Idus Octobris, Canonizatus permissu Pon-